in conuictu mire dulcis: cum ego tua amicitia dignum iudico. Vale Dn. Chetie vir suauiss. & nos perge
tuis precib. filio Dei commendare. 7. Cal. Julij 1.5.6.9. Bremæ.

Johanni Molano Bremensis scholæ Rect. Johannes Molanus.

Cum de præclaris Germaniæ scholis Germanos interrogarem (Molane doctissime) vna mihi Nr. 203]
in primis schola Bremensis nominata est in qua linguarum cultura florens, & iuuentus aptis-
sima ratione vtraq; exerceatur, ut ex tuo ludo tanquam ex equo troiano numeri adolescen-
tes literarum cognitione vsuq; præstantes quotannis exeant, quo nomine equidem tibi [= Mscr. a. 12:
gratulari non potui, et adhortari ut qua diligentia industriaq; tam egregiam iuuentutis in- Nr. 170]
stitutionem inchoaris, pergas illustrare atq; exornare. Ætas nobis in isto curriculo versata
est magno cum labore, ac licet undiq; fluctuantibus infinitarum molestiarum undis, attamen
etiam magna voluptate certamen nobis fuit plurimos iam annos de optimo genere humanitatis
informandæ aduersus Grammaticos, Rhetoras, Philosophos, Mathematicos: quinetiam de religionis
integritate Archimedeum problema nobis exoritur, bonaq; spe sustentor non defuturos aequi-
ores animos, qui verum sibi propositum sequantur et tueantur. Hac te mente cum affectu
atq; animatum esse audiam, equidem pro eo ac debeo complector, omniaq; tuis votis secun-
da prosperaq; exopto, vt tu quam aptissimos vitæ tuæ fructus et viris percipias, et posteri-
tati relinquas. Si bellum in Gallia ciuile hac æstate durauerit, cogito in Angliam traijcere durauerit
ex eoq; tempore tuam scholam inuisere. Perscribe nobis Francofurtum ut ad te illinc nostrarum
vigiliarum munusculum aliquod mittam. Si pacem nobis deus restituat, persuadeo tibi
te Lutetiæ habiturum, quo amice et familiariter vtare. Vale Heidelbergæ 5 id. Janu-
arij 1570. — Tuus multis nominibus

Petrus Ramus.

Pax Christi.

Ego non exactus artium æstimator Petri Rami industriam in repurgandis artibus sem-
per maximi feci. Cui tam multum veræ lucis ad earum intelligentiam usumq; afferenti Nr. 204]
non essent qui tam obnixe obsisterent: nisi contentiosum hoc ingratumq; seculum tam multos
eos haberet quocunq; in populo, quocunq; sub axe qui etiam in artibus Theomachiam quandam
meditantur. At quia turpe putant parere minoribus: & quæ imberbes didicere, senes ea [= Mscr. a. 12:
praua fateri. Sed relinquamus istis suam mentem suo amentiam. Ego vir clarissime ac-
ceptis tuis litteris non aliter sum recreatus quam si quis philoplutus thesaurum reperisset. Nr. 171]
Quibus ut breuiter respondeam. Esti tantam scholæ nostræ famam non agnosco, puerile est
enim quicquid à nobis excudi potest: tua tamen tam auspicata exhortatione tantaq; amici-
tia effectum est, ut multo alacrius et spe maiore in meas quotidianas curas incumbam. Cog- à nobis
tamen tuæ industriæ cum Dialecticis et cæterarum artium præstructis assertoribus
cognoui ex tuis lucubrationibus, quorum sæuitia te existimo non solum prudentiorem:
sed etiam clariorem euasisse. Quidquam autem cuius solis equos inhibeas sistasq; Quam
unum ex istis vulterosis sapientibus in viam reducas: sunt tamen alij permulti æquiores iudices
qui iam illustratæ veritati certatim assurgant fascesq; submittant. In his et ego meum no-
men profiteor qui ante sex annos non leuem mundi molem sustinui quod Ramus ille Galli- Rebem
cus meis auspicijs non infelici propagine Visurgim flumen transilysset. Nunc mihi ne-
mo molestus est, quosdam enim asperiores superaui ferendo: plerosq; res ipsa in gratiam re-
duxit. Non credo fore ut Palatini principis Academia tam celebris, talem Eloquentiæ atq;
omnis humanitatis professorem sic repudiet, sic amittat. Si tamen (ut constituisti) in Angliam
traijcies, fac quæso ut promissis maneas, nempe ut comprehendas hanc et aspernabilem scho-
lam nostram quæ multum Ramo debet cuius vigilijs adiuta quosdam ingenuos adolescentes
vltra puerilem doctrinam euexit: Tum autem si ingeni apud te gratiam in primis
hoc flagito ut hanc vrbem ingressus deflectas in vicum qui dicitur Catharinæ, ibiq; apud
scholæ Rectorem Johannem Molanum diuertas. Hæc epistola erit pro tessera hospitij.
sane tanquam amicus et vetus hospes accipiere. Cubile erit Luculentum. Mensa sine arte,
non mera tamen præsertim si te tantum artium Antistitem conuiuam habeamus. Vale
4 Calend. Martij 1570 Bremæ tui obseruantissimus

Johannes Molanus.